Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tum israel. venerunt in ierusalem adorandas victimas domino deo patrum suorum. et roboam rex iuda et confirmauit roboam filium salomonis per tres annos. ambulauerunt enim in uias dauid et salomonis annis tribus. duxit autem roboam uxorem maalach filiam ierimuth filii dauid. abiail quoque filia eliab filii isai. que peperit ei filios ieus et somoriam et zoom. post hanc quoque accepit maachaam filiam abisalom. que peperit ei abiam et hai et ziza et salomith. amauit autem roboam maachaa filiam abisalom. super omnes uxores suas et concubinas. nam uxores xviii duxerat. concubinas autem lx. et genuit xxviii filios et lx filias. constituit autem capitem abiam filium maachaa ducem super omnes fratres suos. ipsum enim regem facere cogitabat. quia sapientior fuit et potentior super omnes filios eius. et in cunctis finibus iuda et beniamin et in uniuersis ciuitatibus munitis prebuit ei escas plenas. et petiuit multas uxores. cumque roboam fuisset regnum roboam et confortatum dereliquit legem domini et omnis israel

Anno autem xii cum eo quinto regni roboam ascendit sesach rex egipti in ierusalem quia peccauerunt domino. cum mille ducentis curribus et lx milibus equitum nec erat numus mihi quod uenerat cum eo ex egipto. libies. sallucet et troglodite et ethiopes. cepit quoque ciuitates munitissimas in iuda et uenit usque ad ierusalem. semeias autem propheta iustrellus est ad roboam et ad principes iuda qui congregati fuerant in ierusalem fugientes sesach. regem dixit eis ad eos. hec dicit dominus. uos dereliquistis me et ego reliqui uos in manu sesach. conseruati sunt principes israel et rex dixerunt. iustus est dominus. cumque uidisset dominus quod humiliati essent factus est sermo domini ad semeiam dicens. quia humiliati sunt non delebo eos dabo eis paululum auxilii et non stillabit furor meus in ierusalem per manum sesach. ueruntamen seruient ei ut sciant distantiam seruitutis mee et seruitutis regum terarum. egressus igitur sesach rex egipti ab ierusalem sublatis thesauris domus domini et domus regis. omnia quoque secum tulit et clipeos aureos quos fecerat salomon. pro quibus fecit reges eneos et tradidit illos principibus satellitum qui custodiebant uestibulum palatii. cumque introiret rex domum domini ueniebant satellites et tollebant eos iterum et referebant ad armigerum suum. ueruntamen quia humiliati sunt auersa est ab eis ira domini nec deleti sunt penitus. siquidem et in iuda inuenti sunt opera bona. confortatus est igitur rex roboam in ierusalem et regnauit. quadragintaannorum erat roboam cum regnare cepisset et xvii annis regnauit in ierusalem urbem quam elegit dominus ut confirmaret ibi nomen suum de cunctis tribubus israel. nomen matris eius naama ammanitis. fecit quoque malum et non preparauit cor suum ut quereret dominum. opera autem roboam prima et nouissima scripta sunt in libro